Walachi responsio facta ad legationem nobilis Iwan Capitanei de Lypowiecz per Reverendissimum Dominum Cardinalem, Mtte R. a regno absente, tanquam Gubernatoris nomine, ad eundem Palatinum Valachum destinati ipsi Palatino peroratam. Quaquidem responsio data est maiestati Regiae per dominum Krzyczki nomine Reverendissimi Domini Cardinalis sic ut sequitur:

Tanquam referret sic Iwanek.

Dum veni in Halicz ipso festo Sancti Marci extunc domini Legati ex parte Hungariae ante adventum meum uno die me anticipaverunt, et postmodum miserunt literas binas versus dominus Regni Poloniae unas literas clausas, et alias apertas, et postmodum me interrogaverunt, an alij Nuntij post me equitant, aut nondum dixi illis, quod non extunc mihi literas illas dabant, quas ego nolui suscipere,

sed

sed die eo velotius de Halicz equitavi ad palatinum Moldaviæ post adventum meum in crastino dedit audientiam, ubi totum Consilium palatini interfuit, et palatino eidem dixi legationem, quod ei non videbatur esse possibile et verum, et sic dixit, quamvis dominus Cardinalis infirmaretur, tamen omnes sumus sub potestate Dei, actamen alij domini in regno interfuerunt, qui huic condictamini satisfacere potuerunt. Ex terra Regni Hungariæ legati venerunt secundum condictamen, sed poloni me opinantur pro puero esse, iam aliquotiens meum condictamen faciunt, et utique finem ab eis habere non possum, afferens et firmans pro certo habere, quod dominus Cardinalis illuc in Moldaviam equitasset, postmodum dixit, dum domini Regni Poloniæ, aut Hungariæ in hunc locum venissent, et me non veniente excusando me infirmitate, quid mihi ipsi

dicerent

dicerent, sed ego suo verbo satisfacio, hoc
mihi super legationem responsum dedit.

Dum mihi intelligere dedit austere,
quod super hanc legationem nihil facere
voluit, extunc eidem dixi istam aliam le=
gationem, qua exaudita adhuc fuit multo
magis austerus, dicens sic, volo jure tenere
literas praescriptionis alias Zapisow, et jura=
mento suo satisfacere cum suis dominis
Consiliarijs, melius quam domini Poloni,
volens se dare super dominos totius Chri=
stianitatis. Et adhuc sic dixit, q. istam ter=
ram, in quam ego veni, quod nunquam
fuit, nec modo est nominata in aliquibus
praescriptionibus, nec in aliquibus condicta=
minibus, et est mea terra ex antiquis
temporibus ad terram Moldaviae spe=
ctans, super quam habeo certam et debi=
tam justitiam ex antiquo ob hoc in ean=
dem veni, uti ad propriam suam terram.
Et si aliquid Poloni erga me velint facere
seu incipere, extunc illo suo juramento, et

mihi

Mihi ipsi violentiam facerent, prout ipsi sunt assueti, ut mihi ante violentiam facerent et minus juste. Sed si mecum vo: lunt esse, ut decet super veros et justos vici: nos, extunc mihi dent pacem in hac mea terra. Et in aliis rebus secundum praescri: ptionem, ut mihi justitiam faciant, extunc invicem nos eximus juvare contra Tarta: ros et alios paganos, quia nobis istud est necesse, postquam eundem palatinum domini ex Hungaria affectabant, q tem: pus condictamimis, ultra proponeret, id sic dixit gratis mihi ultra antepone: re, quia mihi Poloni nunquam justi tiam fecerunt, et nihil voluit facere super postulationem Dominorum Hun: garorum, et dixi ei, ad hoc tempus ma: nebo, hic met secundus apud vos, si domi: nus meus gratiosissimus non teneret quod per me significavit, extunc sim perpetuo in tuo carcere, aut me des decolla: re, quia dominus meus gratiosissimus

altae sedis

altæ sedis Ecclesiæ Sanctæ Romanæ ubicunque dirigit Nuntios suos aut literas illic semper in verissima veritate, uti princeps multum altæ stirpis tenet. Ipse mihi sic dixit: Quid mihi esset pro tuo capite, aut pro tua remansione, et ego ante se periculum haberem, quod semper habui, q mihi nullam justitiam fecerunt, qui Dominus Capitaneus Craviviensis fidejussit, mihi sublata fide pro rege regni Poloniæ, et pro omnibus Consiliarijs Regni ejusdem, et mihi id non tenuerunt, ab hoc iam nolo credere, sed nunc iam volo meum proprium tenere usque ad meum guttur, alias gardta, et cui legatio fiet necessaria, extunc me inveniet in hac terra, hoc est in terra Russiæ.

Dominus Syekliczki referebat voluntatem Dominorum sic ut sequitur: Redeundo huc ad Maiestatem

Vestram

Vestram descendi ad Dominos Cracovi-
ensem, et Sandomiriensem palatinos,
prope Novam Civitatem campestraliter
iacentibus, a quibus istud erat com-
missum, cum ut peteret, quatinus
Maiestas Vestra Hungariâ Oratores
mitteret, ammovendo Maiestatem Regiã
et Hungaros de inscriptione, quatinus
prohiberent, ut Valachus cesset, ab
istis insolentijs.